

**Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I. U. D. & Profess. P. Ad Exequias, Quas ... Viro ... Dn. Nicolao Böttichern/ Civi huius Urbis primario vidua parat moestissima. Cives suos in aedem B. Virginis ad horam dimidiatam secundam serio vocat**

Rostochi[i]: Kilius, 1638


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746826788>


Druck Freier  Zugang




Rhane, H.,  
in N. Bötticher.

R. 1638.







70  
R E C T O R  
Universitatis Rostochiensis,  
HENRICVS RHANE,

J. U. D. & Profefs. P.

AD EXEQUIAS,

Quas

Marito suo desideratissimo

*Viro Doctissimo, Honestissimoq;*

DN. NICOLA O

Böttcheru/ Civi hujus Urbis

primario

Vidua parat mœstissima.

*Cives suos in adem B. Virginis ad horam  
dimidiatam secundam serio vocat.*



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILII, Academ. Typogr.

Anno M DC XXXIIX.

83

67  
**N**ndicimus vobis, Cives Aca-  
demici, funus NICOLAI  
BÖTTICHERI, Viri, dum  
viveret, eruditissimi & præ-  
stantis, cujusq; causa ut scribatur, non  
aliunde materia nobis, quam ex ipso  
petenda est. Ita enim vitæ partes, quas  
semel ex arbitrio Cratoris susceperat,  
deposuit nupero hujus mensis vicesti-  
mo secundo die, ut ultima primis, me-  
diaq; omnia tempora nihil prorsus di-  
stiterint. Pietati enim, ad quam à tene-  
ris, quod ajunt unguiculis, assueverat,  
tautum per meliores annos sese dedi-  
dit, ut primam educationem quotidie  
vinceret. Quod perquam rarum inter  
homines & nescio quam insolens fa-  
ctum est. Præsertim si non illam hodi-  
erni temporis fucatam maleq; tectam  
pietatem respicias. Quæ plena insidia-  
rum, quia fallere eum non veretur, cui  
omnis

omnis abyssus intimaq; cordium no-  
strorum patent, artem illam tum de-  
mum accurat, quando obduruit jam  
pectus malitiæ & per experimenta a-  
mori cœpit. Quod tum quidem ex-  
tremæ ætatis est. Quæ multis aliàs er-  
roribus obnoxia, & per vitæ velut ma-  
læ rei, consuetudinem corrupta refici  
vix ac ne vix quidem potest. Ceterum  
iis moribus prorsus abhorrebat no-  
ster. Qui in vera pietate proficere, &  
capere incrementa cœlestis gratiæ sibi  
comprecatus, subducere animū mun-  
do & parare ad æterna quotidie insti-  
tuit. Primo enim domi accurate perse-  
cutus officium suum, prolem, quam  
Deus dederat, non tantum per institu-  
tores, sed ipse & magna cum cura ad  
preces assuefacere, raroq; admodum  
exemplo, præire verba famulitiis, &  
instruere ad pietatem. Ipse primum



iter ex domo sua ad domum Domini  
ingressus, quæ accepisset, imo pectore  
condebat, multâq; & repetitâ sæpius  
meditatione volvens, enarrabat inter  
familiares operas. Hoc fonte, quicquid  
in reliquis bene actum est, omne di-  
manavit. Cives n. vicinos, imò quan-  
tum hominum, in primis bonorum ef-  
set, ex animo diligebat, tum se lauda-  
bilem fore ratus, si non tam sibi, quam  
aliis profuisset. Quippe qui hoc non  
tantum extra suspicionem, nimis ho-  
die quàm necessariam, verum extra  
crimen ratus, alterum istud, propria  
sc. rei studium, magna cum iniquitate,  
adversus proximum cum crudelitate  
conjunctū esse cogitabat. Sensit ergo  
Dei benedictionem copiosissimè, quia  
contentus suo abstinere ab alio didi-  
cerat. Neq; tamen quicquam in domo  
ejus facile desiderabatur, & supererat  
nonnun.

nonnunquam, quod alii inviderent, Nam & hoc  
inter ceteram felicitatem ex pietate consequeba-  
tur, Quapropter nec cōtemni prorsus à ceteris so-  
lebat, qui omne boni viri nomē in opibus locant,  
& tantum se præstare credunt, quantum in foeno-  
te aut area quotidie adorant. Poterat simul de ho-  
nestate & recti studio animosius dicere, quam qui-  
bus paupertas aut angusta domi res obijcitur,  
Quamquam singulari modestia & quodam cum  
lepore, lenissime ea omnia reprehendebat, Natura  
ipsi hoc largiente, ut longe acrius tum suaderet,  
lisq; rebus effectum est inter Cives, ut cooptatus  
fuerit ex centum viris inter sedecim. Quo loco  
candorem ac fidem quam maximè probavit, Nam  
& constanter & graviter pro bono publico senti-  
re, adversus malos mores hostis esse, civium patro-  
num & diligentem sese & fidissimū gerere. Quod  
officium non usquequaq; acceptum aut in magi-  
stratibus gratiæ esse solet. Nam & multa adversus  
dicenda sunt, & jam olim libertati consuli non re-  
ctius visum fuit, quàm si plebs tribunos haberet,  
Quapropter fieri quoq; tum solebat, ut ii non fa-  
cile emergeret possent, & quo se rectius gessissent,  
eo magis inviderentur, Premi utiq; necesse erat,  
neq; ad honores admittere, & à Senatu procul ha-  
bere. Nostro tamen forsitan hucusq; nihil obstitit,  
quàm tempus, quod quia expectandum adhuc  
fuit,

fuit, ultima ipsi rerum linea invidit. Neq; senatus  
minus convenit, quam sene non habere; sive ut  
cruda minus sint consilia, sive ut plures ex civibus  
ad magistratū in Republica sua pervenire possint;  
Quod videtur & libertati maximè amicū & a-  
pu nos in usu esse. Non enim adeò infrequens est  
Senatorem mori, quem vitę spes vix habuit in ele-  
ctionis diem. Quantumq; obsecro, est temporis  
super, quod decrepitis vivendum sit? Verum si-  
cuti in circulo linea omnes, quęcunq; ab ambitu  
ducuntur ad diametri legem, in centrū vergunt,  
totq; vię tam dissite ac multiplices in unicū quod-  
dam punctum commeant; ita hominum generi  
ex tot ordinibus, tam diverso statu & dignitate, in  
morte ex æquo conveniendum est. Velle autem  
honoratius & velut cum imperio aut magistratu  
mori, quod illis captatur, qui ante obitum dici ali-  
quid, nec minimum esse malunt, idem nostro vi-  
debatur, quam non velle. Amittere enim vota,  
sua, vel nunquam habuisse, possessionis non sunt,  
Miseraq; & stulta cupiditas est, petere tam ani-  
mosè ac perditè, quod proprium fieri nullo modo  
possit. Ergo relinquebat incogitantibus spes suas;  
ipse præsentia curare, & de crassino minimum sol-  
licitus esse. Apud quem dies quisq; juxta Salva-  
toris legem, & sibi ipsi & totus impendebatur, ne  
quid præoccupatum de futuro, integram integro  
non

non afferret mentem atq; cogitationem. Ideoque  
vivebat sic, veluti semper moriturus; imo hoc,  
quod moriebatur quotidie, vita erat. Et moeres  
optima foemina, tuq; fili blandissime, quod con-  
jugem, quod Patrem efferatis, qui ipse quotidie  
exequias ibat suas? Cogitate apud animum ve-  
strum, quam bene relictus ab eo sitis. Qui exem-  
plum & vivendi habetis & moriendi. Matri quon-  
dam suæ ANGELÆ ROSTENSIS quam gratiam ille  
non retulit, cum marito NICOLAŌ deshituta, pie-  
tatē filii expectares? Fac similiter bonæ spei puer,  
NICOLAE BERNHARDE, unicus enim nunc ad  
Patris quoq; exemplum es. Et illa impendet tibi,  
quod Patri quondam à suis genitoribus contigit.  
Qui cum per sexennium celeberrimis Germaniæ  
Academiis Gryphswaldi, Lipsiæ, Jenæ, liberaliter  
habuerunt, doctumq; juvenem receptum, post  
matri tuæ collocarunt, ut in qua natus esset Re-  
publica, in eadem civis & quidem optimè finiret.  
An existimas alienam à te matrem fore, quæ cum  
Patre conspiravit, ut te illi quam simillimum pa-  
reret? Potesne autem de successu dubitare, quem  
disciplina Patris, si non excideris, ipsa datura est.  
Pietas enim ad hæc omnia utilis est, hanc cole. Sed  
porro de aliis quoq; agendum. Parentes indigi-  
tavimus, integerrima apud nos fama & loco per-  
quam honesto, semper habitos, Avus ipsi NICO-

LAUS


LAUS fuit, Illustris. BOGISLAI Ducis quondam  
Pomeraniae officialis, AVIA ANNA GÖTEN. Quibus  
quod rarum hodie est, licuit in Principis gratia  
conferescere & mori. Conjugium iniit cum pu-  
dicissima virgine CATHARINA, HASSELBEQUI  
Drewes/ civis apud nos primarii filia, annos  
natus XXV. A quo tempore VII. genuit liberos,  
quos excepto, quem diximus, sequi maluit. Præ-  
missi enim sunt ANGELA, HASSELBEQUIUS,  
CATHARINA, ANGELA minor, NICOLAUS,  
SOPHIA. Ipse, cum Christo, à quo paullo ante  
cibatus erat, successit, ubi ab undecimo hujus  
mensis decumbere incepit. Anno superioris se-  
culi XCII. natus, denatus XXXIIX. nostræ me-  
moriz. Scilicet finem habet, quicquid oriri voluit,

Non potest ingratum vobis esse, Cives Aca-  
demici, ut inter publica nascentis BAPTISTÆ gau-  
dia, privatim obeatis exequias, postquam mori  
jam frequentius est, quam nasci. Quapropter  
temperate hilaritatem, nec effusa hodie sit, & con-  
venite ad ludum, P. P. in festo JON, Baptistæ

A. C. M. DC. LXXXIIX.













non affertet mentem atq; cogita  
vivebat sic, veluti semper mori  
quod moriebatur quotidie, vit  
optima foemina, tuq; fili bland  
jugem, quod Patrem efferatis,  
exequias ibat suas? Cogitate a  
strum, quam bene relictis ab eo  
plum & vivendi habetis & mori  
dam suæ ANGELÆ Rastens q  
non retulit, cum marito Nicot  
tatē filii expectares? Fac simile  
NICOLAE BERNHARDE, unū  
Patris quoq; exemplum es. Et i  
quod Patri quondam à suis gen  
Qui eum per sexennium celeb  
Academiis Gryphswaldi, Lipsia  
habuerunt, doctumq; juvenes  
matri tuæ collocarunt, ut in qu  
publica, in eadem civis & quid  
An existimas alienam à te matre  
Patre conspiravit, ut te illi. qua  
reret? Potesne autem de success  
disciplina Patris, si non excider  
Pietas enim ad hæc omnia utilis  
porro de aliis quoq; agendum.  
tavimus, integerrima apud nos  
quam honesto, semper habitos,

deoque  
to hor,  
moeres  
od con-  
uotidie  
um ve-  
i exem-  
quon-  
am ille  
ata, pie-  
ei puer,  
tunc ad  
et tibi,  
ntigit.  
maniae  
eraliter  
n, post  
let Re-  
finiret;  
æ cum  
um pa-  
, quem  
ura est.  
ole. Sed  
indigi-  
co per-  
Nico-  
LAUS

